

verò minorem quantitatem furatur, non peccat lethaliter, eo quòd quarta facies pars in uno loco valeat duplo, triplo, aut quadruplo, quàm in alio: & in vno eodemque loco, vno tempore valeat duplo, triplo, aut quadruplo, quàm in alio: propter maiorem tritici, aut minoris, abundantiam in diuersis locis, aut in vno & eodem loco diuersis temporibus: ita non est apta regula comparatione omnium locorum ac temporum, ad definiendum, quando furtum ex parte materiae culpa sit lethalis, aut non constituit certum valorem pecunie lege taxatum: quoniam hic, comparatione diuersorum locorum, ac temporum, multum accrescit, ac deorsum, ad ceteras res emendas, ac conducendas, perferentibus eidem circumstantiis, hæcque vna duntaxat variata, quod sit maior, aut minor, pecunia abundantia, vt dictum explanatumque est.

**D**icere ergo, tantam pecunie quantitatem, illiusue valorem, quæ in vnoquoque loco sufficit ad conducendas operas vnus dici solentis terra temporis, quo non est magna penuria, neque abundantia, eorum, qui se ad id locent, & quo pretium, pro qualitate regionis, solet esse moderatum, videri quantitatem notabilem ad constituendum peccatum lethale comparatione eorum, qui non pingues habent facultates. Hoc autem aliquibus in regionibus, vel locis, aut oppidis, etunt quatuor regales argentei, alii cubi tres, alii duo, & alii vnus cum dimidio, & alii vnus, aut etiam minus: & in vno atque eodem loco, vno tempore erit plus, & alio minus, pro abundantia, aut penuria, pecunie in eo loco temporum succellit. Ceterum, quoniam non potest in hac vita attingi certò punctum indiuisibile, ad quod si summa valoris pecunie, furtum erit culpa lethalis, & infra quod non erit culpa lethalis, sanè quemadmodum non iudicio improbabile, quòd forte in oculis Dei maior valoris summa requiratur, vt furtum sit culpa lethalis: ita improbabile non iudico, quòd forte minor valoris summa sufficiat. Hac de causa, in confessionibus, quando vnus solum, aut alter, furtum examinanda occurrunt, interrogo quantitatem valoris illius. Quando verò multa occurrunt examinanda, interrogo quantitatem valoris omnium simul, plus minus: postea verò interrogo, quoties furando valorem regalis cum dimidio, aut duorum regalem (aut aliquid plus, vel minus, pro regionis, aut loci, qualitate) ad eam summam totam pertinet: Atque ita faciliè verifimiliter coniecto, tunc numerum lethalem peccatorum, tum etiam latitudinem culpe omnium simul ex parte circumstantiarum, quæ illam possunt augere ratione quantitatis obiecti. Interrogatoque in super vno, aut altero, alio verbo, si quid aliud hac in parte iuxta, ea quæ dicenda sunt, occurrat examinandum, breuiter, ac sine contentum molestia, examino simul multitudinem quamcunque peccatorum in hac materia.

**P**ossimus confirmare, hanc nostram sententiam consonantem esse recte rationi ac veritati. Primum, quoniam, ex omnium sententia, tunc furtum est lethale peccatum, quando quantitas est notabilis: quantitas autem à nobis expressè non letus, sed notabilis, censetur: eo quòd sit, quod hominibus communibus sufficit ad sustentationem ac sumptus ordinarios vnus dies. Secundò, quoniam, vt Nauarrus vbi supra, & alij, referunt, Synodalibus constitutionibus aliquorum episcopatum sancitum est, vt nullus excommunicetur, pro minori summa furto ablatâ, quàm duorum regaliū argenteorum, & alii vbi vt non excommunicetur, pro minori summa, quàm centum maruedinorum, cum ergo ratio eam constitutionem sit, quia excommunicatio pro furto restituendo ferri non possit, nisi culpa sit lethalis illud abstulisse, & non velle illud restituere, consequens

**A** est, vt, qui eas constitutiones statuerunt, arbitrati sint, minorem summam, quàm illam, que eo tempore pro operibus vnus dies tradi sollosi conseruetur; non sufficere ad culpam lethalem, eam vero sufficere. Atque fortasse est eo tempore erat paulo plus, quàm quòd eo stipendio tradi tunc conseruetur: quoniam expeditabat, tunc securè statueret. Hodie vero, cum à quadraginta annis valde in Hispanijs decreuerit valor pecunie, longè maior summa statuerit, statuique conseruetur: quoniam expedit, vt pena illa non statuatur in eo euentu, nisi pro aperta culpa lethali. Tertio, à quibusdam confirmatur ex §. gallinarum. inst. de rerum diuisi. vbi pro vna gallina, furto ablata, furti actio conceditur, vt communis sententia affirmat, quæ, inter alios, refert ac sequitur Iulius Clarus, lib. 5. sent. §. furtum, nume. 23. quare, cum actio non concedatur, nisi pro culpa lethali, & gallinæ valor in vnoquoque loco, ac tempore, esse lolet tantus, aut ferè, quantum in eodè loco tradi sollosi conseruetur pro operibus vnus dies; consequens est, vt eadè à nobis taxata sit quantitas, quæ in furto sufficit ad culpam lethalem. Vnde Couarr. var. resp. c. 3. num. 12. affirmans, furti actionem non concedi pro quantitate, quæ minima sit, nec sufficiat ad culpam lethalem, subiungit, gallinæ valorem minimum non esse iudicandum, & quòd ad lethalem culpam non sufficiat. Neque refert, quòd actio de dolo non concedatur pro duobus aureis, vt habetur l. de oleo, §. vt iunctis tribus legibus. sequentibus ff. de dolo, hoc est, pro duobus solidis, seu Castellanos, vt ibi exponit glossa. Quoniam sicut aduersus vendentem vltra, aut ementem infra, iustum pretium, non datur in foro exteriori actio, si non sit ultra, aut infra, dimidij insti pretij, ne lites multiplicentur. Ita neque datur actio de dolo, vt que ad illam summam, ad dolum puniendum: tam est datur actio in factum, vt restituatur, quod dolosè accepit, aut nocuit, vt habetur iuris citatis longèque maior ratio erat, vt pro minori summa concederetur actio furti, & gratius de dolo, in quo non interueniret furtum, aut quàmuis aliud delictum.

**I**llud tamen admonerem, ex §. gallinarum, non colligipro vna sola gallina dari actionem furti. Tunc quia textus ille loquitur de gallinis in plurali. Tum etiam quoniam ibi non dicitur dari actionem furti, sed committi furtum, si quis intendens gallinas aliosius disperfas, eas accipiat animo sibi illas retinendi: eo quòd dispersio earum non penat dominum earum antiquum dominum illarum: id quòd verifimum est. Solumque in eo, constituitur discrimen inter anferes domesticos, & gallinas domesticas, ex vna parte, & inter anferes, & gallinas syluestres ex altera parte: quòd hæc animalia nullius sunt dominio, sed fiant primò occupantis: illa verò sint in dominio possessoris, etiam si dispergantur, ac proinde verum furtum fiat in earum occupatione animo sibi illas occupandi. Arbitror verò pro vna tantum gallina non ita concedi actionem furti, vt, damnatus, maneat in famis, aut vt publice flagellari debeat pro eo crimine: sed solum vt eam restituat, aut eam soluat duplum, vel quadruplum, prout crimen occultum fuerit, aut manifestum, & certe in publico loco constituitur cum illa appensa collo, vt ipsi id sit in penam, & alij in exemplum: vt vidi aliquando ea pena affici duos homines, qui de nocte furtum vuarum fecerant in vineis, & à ministro publico, quæ aliquando vocant, fuerant cum furto deprehensi: non tamen hi manent infames propter tale furtum in penam.

**I**llud est ad dendum, mihi satis probabilem ac veram uideri opinionem Soti, Medina, & Syluestri vbi supra, quæ fuit etiam Victorie. 2. q. 66. art. 1. nempe summam, quæ sufficit ad culpam lethalem

**I**n furto facto habenti tenues facultates, non sufficere ad culpam lethalem in furto facto Regi, aut alij opulento, sed pro quantitate diuitiarum eius, cui sit furtum, spectatis alijs circumstantijs, modo explicato supra expendendo Soti opinionem, arbitrandam esse maiorem, aut minorem, summam, quæ ad culpam lethalem sufficiat. Quia verò non solum punctum indiuisibile attingi non potest in hac materia, sed ne que quicumque omnino certum potest statui, non auferem in praxi confessionionem, quenquam absolueret qui unum ducatum fuisset à Rege furatus, & non haberet verum animum cum ei cum effectu restituendi, imò neque eum, qui dimidium esset ab eo furatus.

**I**llud in super admonerem, furtum de quacunque re leui, esse culpam venialem, si uerè sit furtum, quia videlicet rei dominus est rationabiliter inuitus. Et sic proinde id sub culpa veniali restituendum, si dominus rei praesumat, etià post id veniale furtum commissum, velle ut restituatur, & non sit causa legitima, quæ excuset: quia videlicet, quid est commissum, longè distat, neque sine sumptu, aut graui molestia, potest id efficeret: tunc verò restitui debet pauperibus, aut infumis debet in re alia pia, pro anima domini, si praesumptio fit, dominum id ita velle.

**O**bservandum verò est, quamuis furtum de re modici valoris non sit lethalis culpa, si tamen conuictum habet damnum notabile, etiam lucri cessantis, erit lethalis culpa, cum onere restituendi sub lethali culpa, latitudinem totius valoris. Vt si quis furetur à factore acum, à furore subulam, à scriba ealamum, eoque furto in causa sit, ut perdant operas eius dici, aut plurimum dierum, quia non habent aliud instrumentum, quo operentur, vtique si ad id damnatum at tendit, aut attendere debuit, lethaliter peccauit, restitueretque tenetur id totum damnum, tanquam causa iniusta illius. Si verò probabiliter id damnij ignorauit, tunc, cum non fuerit causa iniusta illius, neque comparatione talis damni locum habeat teneri ex parte rei acceptæ, sanè ad restitutionem illius non tenetur, sed solum ad restitutionem rei modici valoris acceptæ, si ita is velit, ex quo fuit furto ablata. In foro vero exteriori, licet ratione rei furto ablatæ, locum haberet pena furis, dupli, si furtum esset occultum, & quadrupli, si esset manifestum, restitue esset tanti valoris, vt illius habenda esset ratio, iuxta ea quæ supra dicta sunt; comparatione tamen damni iniuste vterius dati; non habet locum pena furis, sed legis Aquilæ damni que dati, de quo infra erit sermo, & Nauar. in Man. c. 17. nu. 2. obseruat. Non tamen vultur contrarium. Syluester, & Sotus, vt Nauar. illius tribuit. Illud etiam cum eodem Nauar. obserua, si ad petitionem eius, à quo id esset furto ablatum, lata esset excommunicatio aduersus eos qui res illius furto abstulerunt, nec restituerunt, eam non comprehendere illos, qui rem modicam furto abstulissent, licet ex eodem furto subsequenter esset domino damnum notabile; quia damnum non est furtum: fecus autem si excommunicatio esset lata, etiam aduersus illos, qui damnum notabile iniuste dedissent, nec illud restituerunt.

**Q**uando aliquis solum esset furatus partium aliquam quantitatem, quæ, iuxta hæc tenus dicta, ad lethalem culpam non sufficeret, si accessit cum animo furandi maiorem, si illam reperisset, aut si eam furari potuisset, vtique lethaliter peccat, vt ex se est notissimum, doctoresque communiter affirmant: atque id est, quod voluit Hiero. 14. q. 6. cap. vlt. Quare in confessionibus, quando aliquis reperitur in peccata furti incidisse, examinandus est, quoties accesserit animo furandi quantitatem notabilem: quia toties lethaliter peccauit. In foro tamen exteriori, so-

**A** lum datur actio furti circa id, quod furatus esset, non verò circa id, quod furari intendit, vt patet. l. vulgaris in prin. & §. 1. ff. de furtis.

**N**auar. nume. 2. citat. & quidam alij, affirmant si dominus rei minime, quæ ad culpam lethalem non sufficiat, agere ferat furtum illius, quæ felicit multi eam diligit, posse ex eo capite interuenire culpam lethalem. Ceterum, si non erat vnde fur id præsumere deberet, non est cur condemnari ex eo capite debeat culpa lethalis, quicquid postea sequatur. Quòd si erat verifimile, dominum rei illius, occasione talis furti, vel ira, vel passione alia, in lethalem culpam ruiturum, tunc lethaliter peccabit contra proximi caritatem, qui, id sciens, tale furtum commiserit, quantum, ab eo furto abstinendo, impedire potuit, ac de buit, id lethale peccatum. Propter solam tamen molestiam domini rei furto ablato non facit condemnationem lethalem culpæ eum, qui rem minimam esset furatus, maxime cum dominus eius rei inordinatæ, & sua culpa, vset ad eum tristeret. Tanta nihilominus timere etiam posset, culpam lethalem in eo furto interuenire.

DISPV T. 686.

**De furtis domesticorum. Et num ob illa actio furti competat aduersus domesticos. Et quid de eumentibus, aut alio titulo accipientibus, eas res à domesticis. Et quæ quantitas sufficiat, vt eiusmodi furta culpæ sint lethales. Et num excommunicatio à patre familias obtenta, pro rebus sibi furto ablati, comprehendat eiusmodi furta.**

S Y M M A R I V M.

- 1 Furta domestica que sunt vere furta, neque recipi res ita furtive aduersus verum dominum possunt, nisi triginta annis.
- 2 Furtum domesticum quado vxor aduersus maritum committat. Tunc autem competit aduersus illum actio, vt id reddat, cum damnis inde sequutis, non vera furti actio ad vllam penam: licet maritus punire moderatè illum possit.
- 3 Furtum domesticum quando filius familias committat, & quando restituere illud in conscientia foro tenetur. Pro illo puniri à patre moderatè potest. Et cogi à iudice illud reddere si extet. Actio in factum conuenit aduersus eum, vt illud & damna soluat, si habeat castrensia, aut quasi castrensia bona. Idem de furto facto à filio emancipato, & de furto facto à patre filio suo. Locum tamen non habet in his euentibus actio ad vllam penam.
- 4 Furtum domesticum si mancipium committat, moderatè puniri potest à domino. Et quando criminaliter posset facere illud puniri à iudice. Si mancipium bona propria haberet, actio etiam ad penam furti penamariam aduersus illud competet.
- 5 Furta domestica famulorum, aut aliorum mercede conditorum, liberti, aut patroni, si modica sint, moderatè ea puniuntur: si modica sint, & datur actio in factum ad rem, & ad damna sequuta, non vero furti ad vllam penam. Si autem sint magna, iudex procedit ex officio ad illa puniendâ penam ordinariam, & competit actio furti. Et quæ magna censenda.
- 6 Furtum domesticum uxoris, liberorum, aut mancipij.

- 7 *etiam si magne quantitas sit, locum non habet pro eo actio furti ad penam.*
- 7 *Furtio domestico rem ablatam, si quis sciens alienam esse, illam emat, aut alio titulo comparat, tenetur illam restituere domino. Si autem bona fide illam accepit, quousque restituere teneatur. Et quousque in eis euentibus venditor teneatur emptori de eutione.*
- 8 *Emerere, que prasuntur furtiva, prasertim furto domestico, sub quibus penis prohibentur.*
- 9 *Ad furtum domesticum si aliquis non domesticus cooperetur, competat ad eosus illum actio furti.*
- 10 *Furtum quando domesticum non committant, et quando non letabile. Et quando domestici restituere teneantur, aut non teneantur, quod accipiunt inuito domino.*
- 11 *Furtum domesticum vt ad culpam peringat letabilem, maior quantitas est necessaria, quam in alijs furtis. Neque in omnibus domesticis sufficit eadem quantitas.*
- 12 *Ob furtum quando lata est excommunicatio nisi intra tantum tempus restituatur, et domesticus, aut aliter committens, furatus est, quando ea excommunicatio censenda sit, aut non sit, eum ligare.*
- 13 *Furtum domesticum qui commisit, nisi sibi omnino persuadecat, dominum contentum fore, vt non restituat, restituere teneatur, aut obtinere ab eo remissionem.*

**D**E furtis domesticorum, qualia sunt, que ab vxore committuntur de bonis mariti, a filijs de bonis parentum, a mancipijs de bonis dominorum, & a famulis mercede conductis de bonis eorum, quibus seruiunt, quin & a libertis de bonis patronorum, dubium est num sint peccata letabilia, & num in eis maior requiratur quantitas, vt ad culpam pertingant letabilem.

Atque in primis statuendum est, esse vere furtum, quando sunt iniuriam ijs, quorum sunt ea bona, effectus eiusdem speciei cum alijs furtis, vt tracta. 1. d. put. 7. dictum est. Quare, sicut cetera res furto ablata, etiam si tenditione, aut alio titulo, trahant in bona fidei possessionem, aut possessores, preteribit ab eis nequeant minor tempore, quam triginta annorum, in quo toto bona fide fuerint possessa, vt disp. 79. ostendimus ita eiusmodi res furto ab vxore, a filijs, aut ab alijs domesticis ablata, & in alios venditione, aut alio titulo, translata, preteribit non possunt, nisi completis triginta annis a puncto, quo bona fide possideri ceperunt. Hæc omnia habentur, §. hi qui, inlt. de obligat. que ex delict. cuius verba sunt: *Hi qui in parentum, vel dominorum, potestate sunt, si rem eis suscipiant furtum quidem factum, et res in furtum causam cadit: neque ob id, quia licet est furtum, ab illo vsu capi potest, antequam in domum potestatem reuertatur.* Intelligit de prescriptione longi temporis, triennij, decennij, aut viginti annorum: secus autem de prescriptione longissimi temporis triginta, aut plurium annorum, vt cum quadam glossa, & communio doctorum sententia disp. 79. citata dictum est. Præterea, quod dicitur, *antequam in domum potestatem reuertatur*, quod de rebus omnibus furtis ad quocunque ablati est accipiendum, vt constat ex dictis Disputatione citata, & ex iuribus mox citandis, intelligendum est, de vero domino rei: quare, esto res furto fuerit ablata ex creditore, cui in pignum erat data, aut ex alio, qui illam retinebat, & qui agere poterat actione iuris aduersus furem, non factus est, vt scipsum possit minor tempore, quam triginta annorum, quod ad illos reuertatur, sed necesse est, vt ad verum dominum reuertatur. Ita habetur. l. sequitur. §. quod autem. ff. de vsu cap. Si tamen domi-

nus rei, intentata lite, affirmationem rei futuri: accepit, aut illam tendit iur. tunc vsu capi potest re pore ordinario. Ita habetur. l. qumuis. ff. de furtis, consentit. l. si fur. ff. de vsu. Atque hæc adiungit dicitur Disp. 79. citata.

Quod ad vxorem attinet. Si non excedat ea, que Disp. 274. ei licere diximus, furtum non committit, etiam in bonis sibi cum marito communibus in his Castellæ & Lusitanie Regnis. Iura autem Cefarca potissimum loquuntur, stando in solo iure communi, iuxta ea que disputatione citata explanata sunt, quando uidelicet, præter omnia bona viri, & que lu crabatur tempore toto constantis matrimonij, fructus dotis ad eum solum spectabant toto eo tempore, quin & dos ipsa quousque matrimonium dissolueretur, & nihil horum ad vxorem atinebat. Quamuis autem, si vxor aliquid de bonis mariti, ipso iniurto, accipiat, furtum committit, vt habetur l. 1. ff. rerum amor. teneaturque ad viro reddere, non solum in conscientia, sed etiam in exteriori foro, si ita vir velit; nihilominus iura noluerunt concedere viro actionem furti aduersus vxorem, ad penam dupli, quadrupli, aut ad aliam aliquam, si furtum committat interim dum inter eos constat matrimonium, per diuortium non separatam, sed solum vt repetere possit ab ea ablatam, & quodcunque damnum ab ea ei iniurte datum. Ita habetur. l. qui seruo. §. item placuit. l. si quis vxori in prin. ff. de iuris. l. 1. ff. rerum amotar. l. de. ff. vt. & l. 4. titu. 14. par. 7. Cuius rei rationem reddidit l. 2. ff. rer. amot. dicens. *Nam in honorem matrimonij, turpis actio aduersus vxorem negatur.* Conuenit. l. 2. C. eod. iur. vbi ita scriptum legitur: *Constante etenim matrimonio neutri eorum (neque viro scilicet aduersus vxorem, neque vxori aduersus virum) neque penalis, neque famosa actio exercitur, sed de damno in factum datur actio; hoc est, vt solum reddatur simplex damnum, quod furto, aut aliquo alio delicto, vxor marito dedit, vel maritus vxori, id quod de vxore habetur etiam l. vlt. ff. de seruo corrupto. Eademque, actio competit vxori aduersus virum, si constante matrimonio, damnum iniurte in serar bonis vxoris, vt ex verbis ex l. 3. C. rerum amotarum relatis constat. Obserua verò, quod cum vxor sub iuri sit potestate, constante matrimonio, etiam vt corporaliter punire eam possit moderate pro quantitate delicti, & qualitate vxoris, spectatis cæteris circumstantijs conuenientibus, vtique, pro quantitate, & qualitate furti, punire eam poterit moderate, vt habetur l. 4. titu. 14. par. 7. non tamen eam mutilando, & multo minus interficiendo.*

Quod verò ad filios familias, & ad mancipia, attinet. Inprimis ex dictis disp. 234. 242. & 277. liquet, quousque filius familias licite in matris, aut non in matris, sua, vel patris, bona, ac proinde facile inde intelligitur, quousque filius familias furtum committat, aut non committat, aduersus patrem, atque ad eod quousque restituere teneatur, aut non teneatur, patri, aut itatribus post mortem patris, ablata, & male consumpta, de bonis patris, aut que ad patrem, saltè quoad vltim fructus, attinebant. Quamuis autem, tam filij familias, quam mancipia, furtum committant aduersus patrem, aut dominum, si aliquid irrationabiliter subtrahant, aut vsurpet, de bonis illius, ipso iniurto, actio tamen furti non conceditur patri, aut domino, aduersus eos, ad penam dupli, quadrupli, aut ad aliam pro furto statutam, sed pater ipse familias, aut dominus, sub cuius potestate sunt, punire eis poterit moderate pro quantitate delicti, procedendo, etiam ad verbera, & ad alias similes penas, ita tamen, vt eos nec mutilet, nec occidat: quoniam hæc pena extra limites familiae administratoris est: & ad solumque iudicem spectat eam, pro criminis qualitate, iurisque dispositione, aut consuetudine, recc-

pta, infligere. Quod verò furti actio non competat patri aduersus suum filium familias, neque domino aduersus suum mancipium, habetur §. hi qui, inlt. de oblig. que ex delict. l. ferui & filij. l. qui seruo. §. iæ placuit, & l. si quis vxori. ff. de furt. l. 1. §. habet itaque, iuncta glossa ibi, verus, feruus potest coerceri, ff. si quis testam. liber esse iustus, & l. 4. titu. 14. par. 7. Quod autem ad patrem familias, aut ad dominum, spectet punire pro his criminibus moderate, modo explicato, constat ex l. respiciendum. §. furta, ff. de penis l. si filius, & l. congruentius. C. de patr. potest. & l. 4. titu. 14. par. 7. Si tamen filius familias, aut mancipium, reddere non vellent rem furto ablatam, cū possent, tunc implorare pater familias, aut dominus officium iudicis possit, qui, seuerius coercendo, ea reddere efficiet, iuxta l. si filius, & l. congruentius, citatas, & affirmat Grego. Lopez. l. 4. citata verb. *in bona manera.* Quando filius familias habet bona Castellensia, aut quali castrensia, vnde furtum de bonis patris committit, aut aliud damnum in temporibus patri iniurte datum, solueret, vtique, quando a solo patre moderate coactus, illud nō solueret, patri coram iudice competeret aduersus eum actio furti, non quidem ad penam, sed in factum, vt damnum patri iniurte datum relataret. Quibus admodum, si pater familias aliquid de bonis castrensibus, aut quali castrensibus, filij indeliberatè, vsurparet, concederet actio de furto filio aduersus patrem, non quidem ad penam, aut ad infamiam, sed solum in factum, vt illud, aut tantumdem, si quod ab stultis, non extaret, ei inueneret, vt verum que habetur expressè, l. si quis vxori. §. si filius meus, iuncta glossa ibi, verb. *furti. ff. de furt.* Simili etiam ratione, si filius iam sui iuris, & extra patriam potestatem existens, aliquid furripere de bonis patris, aut patre de bonis filij, daretur vtriusque, qui id damnum iniurte esset passus, actio de furto aduersus alterum, non quidem ad penam, sed in factum, præterea, vt relataret damnum, argum. §. si filius meus etiam, d. par. 7. Quando mancipium graue furtum committeret aduersus dominum, nec dominus possit ab illo id recuperare, aut esto iam de recuperasset, in reum, meo iudicio, esset domino, accusator coram iudice, etiam in mancipium de eo crimine, & postulare, vt afficeretur pena corporalis ordinaria pro eo crimine statuta, argum. l. respiciendum. §. iura domestica. ff. de penis. Penam verò pecuniariam dupli, aut quadrupli, exigere non possit: eo quod quicquid mancipij habet, ad dominum spectet. Si tamen, conuentione facta inter dominum, & mancipium, id mancipium bona aliqua sua propria haberet, tunc ex illis, & exigere possit rem furto ablatam, & insuper penam pecuniariam, ex præscripto iuris ei applicandam, aduersus quem furtum factum commisit.

Quod verò attinet ad emulos mercede conductos, aut etiam nulla statuta mercede seruites, atque ad mercenarios, certo statuto pretio pro vno quoque die, aut pro vno quoque opere, (ita tamen, vt in domo eos conductus habitent, vt cum Cepo la exponit Grego. Lopez. l. 17. citanda, verb. *por jornal cierto*) qui omnes domesticis nuncupantur, atque etiam libertus, si in domo patroni habitet, quin eodem privilegio gaudet, etiam si in domo patroni non habitet, sicut, & contra patronos comparatione libertis, quod, inquam, ad hos omnes attinet. Si eorum furta modica sint, pro eis non conceditur actio furti patrifamilias domus ad penam aliquam pecuniariam, aut ad aliquam aliam; tamen repetitio eius, quod furto oblatum est, aut valoris illius, ei in exteriori foro concedatur, quando aliter illud recuperare plenè non valet. Conceditur præterea tali patrifamilias domus, moderata punitio pro eo furto, habita ratione conditionis, & ætatis talis domesticus,

quantitatis ac qualitatis furti, & reliquarum circumstantiarum concurrentium. Si verò eiusmodi furta modica non sint, tunc patri familias domus conceditur actio furti, tum ad repetitionem rei ablatæ, ac damni inde subsecuti, tum etiam ad penam pecuniariam, aut ad aliam lege statutam, vel consuetudine receptam, perinde atque ei concederetur, si furtum ab aliquo externo esset commissum, atque iudex ex officio procedere potest ad furta in commune bonum puniendi sicut ad alia. Hæc habentur. l. respiciendum. §. furta. ff. de penis, & l. 17. titu. 14. par. 7. Quod verò ad libertum & patronum attinet, habetur. l. prætor edixit. §. præterea. ff. de iniur. & l. si libertus. ff. de furt. Quæ autem furta domestica modica sunt censenda, & que non item, ad effectum, vt actio furti concedatur, aut non concedatur, iudicis prudentis arbitrio esse relinquendum, vt notat Bart. §. furta citata, & doctores communiter, atque habetur l. 17. citata: que merito quod gloss. §. furta citato, statuit, ad iudicandum, que furta domestica censenda sint modica, que non item, attendendum esse ad quantitatem, & qualitatem rei furto ablatæ, & ad qualitatem personæ, que illam abstulit, & ad qua ablata est, quod enim in uno, spectatis his circumstantijs, erit furtum magnum, in alio non erit tale. Iulius Clar. lib. 5. sent. §. furtum, nume. 22. testatur, communi praxi esse receptum, quando furtum domesticorum non est modicum, domesticum furem puniri vt alios fures, referet; multos euentus particulares, in quibus varijs in locis ita iudicatum fuit.

Attendendum etiam est ad multiplicationem furtorum domesticorum, que ab eodem domestico fure sint commissa, ad iudicandum, vtrum quantitas censenda sit magna, ut ibidem Iulius Clarus subiungit & cum Bald. affirmat Grego. Lopez. l. 17. citata, verb. *pena de furto.* Arbitror tamen, non eam quantitatem, que in vnicuique furto sufficiens iudicaretur, vt conleretur magna, sufficere in multis similibus sumptis, vt magna reputetur. Imò, quo furta fuerint plura, & quo decurru longioris temporis sit patrata, eo maior quantitas omnium simul sumptorum est necessaria, vt magna, seu non modica, reputetur.

Dubium est, vtrum: si furtum ab vxore commissum de bonis viri a filio, aut nepote, de bonis patris aut auj, vel a mancipio de bonis domini sui, locum habeat, vt, si magna sit quantitas, concedatur actio furti aduersus hos, sicut conceditur aduersus famulos mercede conductos, & aduersus alios domesticos. Bart. §. furta, citato, & multi alij, quos referat sequitur Anton. Gom. 3. tom. var. resol. cap. 5. nu. 3. & quos referat ac sequi videtur Grego. Lopez. l. 17. citata glo. penul. affirmant respondent. Contrarium tamen habetur. l. 4. iuncta l. 17. titu. 14. par. 7. sequendumque omnino est in hoc Castellæ Regno, & innuere aperte videntur iura communia hædenus citata, que aperte denegant actionem furti viro comparatione vxoris, patri comparatione filij & nepotis, atque domino comparatione mancipij, absq; vlla distinctione, vtrum furtum magnum sitan paruum: eam verò distinctionem solum adhibere. l. respiciendum. §. furta. ff. de penis, in famulis, & alijs domesticis, minimè tanto inuiculis coniunctis, quantum est inter virum & vxorem, & inter patrem & filios, neque ita sub potestate patris familias domus constitutus, ac est mancipium domino suo. Atque hanc sententiam veram esse iudico, Lex verò si filius, & l. congruentius. C. de patria potestate, & l. propter. C. de iis qui accusare non possunt, vt filij ab eis coercerentur ac puniantur, loquuntur, quando filij alias iniurias parentibus irrogant, & quando expedit, vt pena aliqua acerbiori puniantur, quam possit, aut

valcat, pater ei intelligere: neque tunc iudex punire a-

7 Quamvis adterius vorem, filium, aut mancipium non detur actio iuri, ut dictum est, neque etiam aduersus alium domesticum, si furtum, sit modicum: nihilominus, si quis res ita ab eis furto ablatas, ex eis emas, aut alio titulo accipiat, comperto fuisse furto ablatas, restituere eas teneret dominis, si extant; neque dominus tenetur reddere pretium, quo emptor fuerunt, etiam si bona fide fuerint emptor, ignorato furti uas esse: sed in eo euentu, qui illas vendidit, tenetur emptori de eundem. Quod si non extant, & bona fide sint accepta, tenetur accipiens restituere domino rei, solum quantum ex eis fuerit factus locupletior. Ita habetur. Linciuilem. C. de furt. & l. 4. tit. 14. par. 7. & cum Coua reg. peccatum, affirmat Lul. Clar. §. furtum. citato. nu. 26. resque latis est peripicua, neque probatione indiget. Quando autem quis rem emit, sciens furtiuam, aut alienam esse, tunc venditor non tenetur illi de eundem, ac proinde neque ad pretium, atque hoc est, quod affirmat. l. 4. tit. 14. par. 7. iuxta. l. si fundum. C. de eund. Excepit, nisi expressis contentio fuisse facta, ut venditor de eundem ne teneretur, nam tunc agere poterit aduersus venditorem ad solum pretium, iuxta. l. si fundum citata, ut Disp. 380. §. textus, dictum est. De iure vero Lusitanis emptor, neque ad pretium agere potest, ut §. citato dictum est. Ad quera autem pretium tunc petiti neati, ibidem explanatum est.

8 De iure iuris Regni. lib. 6. noua collect. titu. 20. l. 5. quousque prohibuitur sit, emere aliquid, de criado o criada que sirua a otro. & quod talis emptor puniatur, como emulador de furto, dictum est. Disp. 340. & repetetur Disp. 695. Quousque etiam prohibuitur sit emere ex mancipijs. l. 1. tit. n. lib. 5. noue collect. eadem Disp. 695. dicitur. Quousque item de iure Lusitano lib. 5. ordi. titu. 7. §. 5. & 6. prohibetur sit, & sub quibus penis, emere aliqua, vel a domesticis, vel ab alijs, de quibus presumptio est esse furtiuam, eadem Disp. 695. dicitur. Item quamuis aduersus uxorem, filium, mancipium, aut familia rem domus, non competat actio iuri eo modo, quo habetis explanatum est: si tamen ope, aut consilio alicuius, tale furtum sit factum, competit actio iuri aduersus eummodi, cooperatorem ad id furtum. Ita habetur. §. hi qui. inf. de oblig. que ex delict. l. qui seruo. §. item placuit iunctis antecedentibus, & sequentibus, l. si quis vxori. ff. de furti 3. & l. 4. titu. 14. par. 7. Hac quod attinet ad forum exterius.

10 Quod vero ad forum conscientie attinet, si domesticis, aut quicunque alij, aliquid accipiant ex presumppta voluntate domini, quia scilicet rationabiliter sibi persuadent, dominum non fore inuitum, nullum committunt furtum: quoniam absque domini inuoluntario esse nequit ratio furti. Si vero rem acciperent domino quidem inuito, non tamen quoad rem, sed quoad modum: quia uult, ut eam petant, & non uult, ut occulte, autoritate propria, eam accipiant, tunc solum est uentale peccatum, esto quantitas sit notabilis. Ita Caiet. in summa verb. furtum. Nau. in Manu. c. 17. num. 138. & alij. Atque hinc ex culari culpa lethali possunt multe occulte acceptiones, quibus domesticis, amici, aut aliter domino coniunctis, res illius accipiunt.

Quod si eiusmodi homines aliquid accipiant domino inuito quoad rem, ad huc id esse poterit uno de duobus modis. Quoniam dominus esse potest inuitus, uel ratione rei in se, uel ratione finis, ad quem accipitur. Sape enim pater non est inuitus, quod filius

aliquid accipiat ad honestam ac rationabilem oblectationem, cum tamen ualde inuitus sit, quod id accipiat ad ludum, ad meretrices, aut ad aliud simile: non quidem propter rem in se, sed propter filij detestatum ac periculum. Atque tunc quantitas peccati, & nunc ad culpam perueniat lethalem, aut non, ex patris inuoluntario sunt coniicienda, atque ex obsequio quantitate seu valore. Regulariter uero in eo euentu nulla confurgit obligatio restituendi: quoniam, ut supponimus, pater non est inuitus propter rem in se.

11 Quod si rei dominus inuitus sit propter rem in se, tunc, quia minus solet esse inuitus, quod a domesticis, & coniunctis, id accipiat, quam quod accipiat ab alijs; ratioque peccati furti eo plus, ceteris paribus, extenuatur, quo dominus rei furto ablatas minus est inuitus; consequens profectus est, ut regulariter maior quantitas requiratur ad culpam lethalem in furto domesticorum, ac conuictorum amicitia, aut alio uinculo, domino rei, quam in furto aliorum. Arque hinc fit, ut quantitas, que in extraneo ad culpam sufficeret lethalem, in domestico, aut in aliter coniuncto, regulariter ad lethalem culpam non sufficiat. Et ut quo dominus rei, inrer domesticos, aut aliter coniunctos, minus est inuitus, quod res ab uno accipitur, quam ab alio, eo maior quantitas requiritur ad culpam lethalem in furto vnus eorum, quam in furto alterius. Quare statui hac de re non potest certa regula generalis, qua discernatur, quoad furtum domesticorum aut aliter coniunctorum domino rei, sit lethale, aut non, ex parte quantitate seu valore rei furto ablatas: praeterquam cum inter patres familias domus, dominosque suorum rerum, vnus possit esse magis inuitus, quod aequalis quantitas accipitur a suis filijs, vxore, a familiaribus, aut ab aliter ipsi coniunctis, quam alij: eo quod quidam stupre ingenio sint liberaiores, quam alij, aut sint ditiores, aut magis affecti ad reliquos, quam alij, & propter alias cum cunctis concurrentes. Quo fit, ut prudentia conuersarij hac omnia sint iudicanda ac coniicienda, at tunc circumstantijs omnibus concurrentibus, & quae sapientissime doctissimo ac prudentissimo cuique cui ualde incertum, num eiusmodi furtum ad culpam perueniant lethalem, an non.

12 Sor. §. de iust. q. 3. artic. 1. & alij, recte obierunt, quando ad petitionem alicuius, cuius bona furto ablatas sunt, fertur sententia excommunicationis in eos, qui res furto abstulerunt, nisi illas intra certum terminum restituant, tunc, cum intentio quasi habitualis ferentis excommunicationem sit, ut non plus liget, nec plures comprehendat, quam similiter is, ad cuius petitionem fertur, quasi habitualiter intendat comprehendere, utique, si uxor, aut filij, sint, qui id furati sunt, arbitrio prudentis iudicandum est, iuxta ea quae proxime dicta sunt, num talis uxor, aut filij, eam excommunicationem incurrant, esto non restituant intra eum terminum: quia uel pater, aut maritus, non uult eos restituere, uel non intra id tempus, & eum tanto onere. Idem dicendum est de alijs familiaribus, aut amicitia, uel alio uinculo, coniunctis cum eo, cuius res furto ablatas sunt. In dubio autem cum de excommunicatione lata conslet, censendum est, eos excommunicationem incurtere, si intra prefixum terminum, cum possint, non restituant.

13 Quod ad restitutionem furorum domesticorum attinet. Quando is, qui tale furtum commisit, non sibi omnino persuadet, rei dominum contentum fore, ut non restituat, utique iniungendum illi est, ut restituat, uel obtineat remissionem ab eo, cui facienda esset restitutio, esto, qui furatus esset, vxor esset, aut filius. Ita Sotus ubi supra, Syluest. verb. furtum. q. 11.

DISPV. 687.

De furtis religiosorum.

S Y M M A R I V M.

- 1 Contra uotum paupertatis religiosorum que sint, tum in alijs religionibus, tum in nostra, quo ad eos, qui emisit tribus uois post duos probationis annos, nec professi, nec coadiutores formati sunt.
2 Quantitas sufficiens, ut religiosus culpam lethalem committat contra uotum paupertatis.
3 Religiosi nostre Societatis, si aliquid accipiant promissi, aut alijs ministris, contra uotum peccant paupertatis.

1 Offis his, quae Disp. 139. & duabus sequentibus, & Disp. 276. dicta sunt, obseruandum est. Contra uotum paupertatis religiosi esse, appropriare aliquid sibi, tanquam suum illud habendo, uel quoad dominium directum & uile, uel quoad utrumque, etiam quoad usum fructuum; eo quod, etiam ueri usufructus, incapax per paupertatis uotum sit, propterea quod usufructus uera pars sit dominij integri rei, uileque dominium nonnuncupet ac uere sit, atque ex illo ius reale ei competat cuius est, ut Disputatio. 3. cum Bartol. & alijs ostendimus: religiosus autem per uotum paupertatis incapax fit, etiam magis partem dominij rerum quarumcumque externarum, quippe per id uotum rebus externis omnino renunciet, quoad dominium, & quoad quodcumque aliud ius, quod ipsi possit competere, tam ad praesens, quam in futurum, ut ad ipsum non spectet, sed ad monasterium nomine & loco ipsius, si iuxta constitutiones eius religiosus, ad monasterium deuenire possit. Excepit in nostra Societate, quo ad eos, qui neque professi neque coadiutores sunt, & tamen tria uota paupertatis, obedientiae, & castitatis, emiserunt: nam in his paupertatis uotum non excludit dominium uile & directum, tam rerum, quarum tempore emissi uoti erant dominij, quam rerum aliarum, quae ad ipsos haereditario iure, aut alio simili titulo, deuenierint, tamen excludit usum, administrationem, ac dispositionem, earundem rerum, nisi ex prescripto & consensu superiorum, ut Disput. 139. utrumque explanatum est. Uotum enim paupertatis horum, quando emittitur, eo modo intelligitur, neque ad plus sele extendit, ex prescripto nostrorum constitutionum, & approbatione sedis Apostolicae, ad meliorem statum ac gubernationem nostrae Societatis: uota autem, cum uoluntaria ac liberales oblationes sint uoluntum, non plus sese extendunt ad obligant, quam uouentes intenderint offerre Deo, ac ueluti condonare. Dixi, usum fructuum rerum pugnare cum uoto paupertatis religiosorum: quoniam licet cum uoto paupertatis non pugnet administratio, ac dispositio reddituum alicuius census, aut tenae quam uocant, uel fructuum, seu prouentuum alicuius rei immobilis, quae legitimis superior concedat alicui religioso, parato cessare ab ea administratione, ac dispositione, quando legitimo superiori ea in parte libererit; id tamen non est usufructus eorum bonorum immobilium, seu quae cum immobilibus computantur: licet a quibusdam improperie usufructus nuncupetur sed est solum commoditas, atque perceptio, & usus eorum reddituum, & ex prescripto & facultate legitimi eius in parte superioris, atque interim dum ea fuerit eius uoluntas, dependenterque proinde ex eo, quod talis superior id non reuocet: uerus

autem usufructus, sicut, & directum dominium eorumdem bonorum immobilium, quae & fructuum, interim dum non consumuntur, aut alienantur, ad monasterium, & non ad eum religiosum, spectat.

Contra uotum item est paupertatis quorumcumque religiosorum, etiam eorum, qui in nostra Societate emiserunt tria uota, nec tamen adhuc sine professi, uel coadiutores spirituales aut temporales uisus, & multo magis consumptio, aut alienatio, quarumcumque rerum non ex uoluntate, sed ex alienato, sumpta, suorum superiorum, siue tales res quoad dominium adhuc ad eum religiosum spectent, ut de nostris, qui nec professi nec coadiutores sunt, dicendum est dominium suarum rerum retinere; siue ad ipsos quo ad dominium nullo modo attineat, sed sint summi Pontificis, uel dantium, interim dum non consumuntur, ut de bonis fratris Minoribus ad usum & consumptionem concessis Disputatio. 6. dictum est; siue quoad dominium pertineant ad contentum, in quo sunt religiosi, ut regulariter pertinere solent; & siue ab aliquo concessa absolute sint tali religioso: quae tamen eo ipso efficiuntur quoad dominium contentum, nisi contentus sit frater Minorum; siue non absolute sint ei concessa, quasi concedens non abdicat sed dominium eorum interim dum non consumuntur, sed duntaxat sint ei concessa quoad usum, consumptionem, aut alienationem, facta solum tali religioso pro testate eis uendi, & ea consumendi, aut alienandi, oneroso contractu, uel lucratio: Vfus, inquam, consumptio, & alienatio, harum rerum, absque facultate, saltem praesumpta, legitimi ea in parte sui superioris, est contra uotum paupertatis: quoniam per illud religiosus a se abdicat usum quarumcumque rerum externarum, nisi quatenus sua regula legitime superioris sui facultate sit ei concessus ac permittus. Quin potius, qui contra regulam, atque absque legitima facultate sui superioris, aliquid usurpat ad suum usum, & consumptionem, seu alienationem, siue illud sit de bonis antea iam concessis contentus, siue de bonis sibi ab aliquo ad id colatis, cenetur eo ipso proprietarius: non quidem quasi proprietarius, seu dominium illius acquirat; cum omnino sit illius incapax, sed quod retinere utique illo uelit, tanquam suo, esto sciat suum non esse, eo pacto, quo is, qui similiter usurpat aliena, esset fur, censeturque ea sibi appropriare, esto intelligeret, non comparare eorum dominium.

Ex dictis intelligitur facile, quod si religiosus ex facultate superioris aliquid uelit habere quoad administrationem, consumptionem, ac usum, independentem ex eo, quod pro libito superioris possit ab eo, quoadcumque superior uoluerit, omnino auferri, sit proprietarius, atque in statu damnationis, si quantitas ad culpam lethalem sufficiat, siue sit res immobilis, aut que cum immobilibus computatur, siue pars eius rei, ut usufructus illius, siue sit aliquid mobile. Et quia hoc pugnat cum statu religiosi, paupertatis uoto, at Innoc. 3. c. cum ad monasterium, in fine, de statu monach. Neque assinet Abbas, quod super habenda proprietate possit cum aliquo monacho dispensare: quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis, adeo est annexa regulae monachali, ut contra eam, neque etiam summus Pontifex, possit licentiam indulgere. Videant, ergo religiosi, qui pecunia retinent, an cum animo retineant, quod omnino parati sint ea relinquere monasterio, quoadcumque superior iusserit: ne proprietarij in suo affectu sint, atque, in culpa lethali. Et quoniam abusus reuera est, quod religiosi eiusmodi pecunia possideant quoad administrationem, & eorum



nē est lethalis. Item, quatenus fur tunc accipit animo nihil restituendi, attendens, aut attendere debēs, se iam multa alia ab eodem iniuste accepisse, quae simul sumpta efficiunt damnum notabile iniuste datum, vti quae ad actum, quo complere vult quantitatem eius damni, quae ad culpam sufficit lethalem, virtute vult retinere iniuste eam totam quantitatem: id vero, ex sententia eiusdem Nauarrī, culpa est lethalis, atque ex hoc solo capite admitterem, post completam quantitatem ad culpam sufficientem lethalem, furta alia leuia, quae adduntur, non esse peccata lethalia: quod quidem non dant notabile damnū, sed iam est datum, illudque leuiter augent.

Sunt tamen circa haec non nulla obseruanda. Primum est, si dum quis furum leue committit, quod complet quantitatem ad lethalem culpam sufficientem, aut, post illam completam, addit leuia alia furta, habeat animum restituendi, ut sepe habere solet famulus, qui intendunt in fine, quando ab heris discesserint, ab eis petere, vt uel ea furta remittant, uel illa ex mercede ipsi debita compensent, tunc non facile condemnari debet peccati lethalis. Tamen, quia facile potest id impediri, vel obliuione talis famuli, vel verecundia, vel cupiditate integre mercedis, tempore, quo est soluenda, aut etiam morte repentina, quae id non possit heri significare, arcendus omnino sit ab eiusmodi furis, timendaque aliquando fit culpa lethalis.

Secundum est. Sape in aduertertia praecedentium furorum & obligationis restituendi sub lethali peccato quantitatem notabilem ita per minima ablata, videri excusare ad culpam lethalem eiusmodi furta. Praefertim quando, quia illa committit, existimabat se non incidere in culpam lethalem, et atque persona rudis ac idiota, quae non penetrabat subtilitates has.

Tertium est. Tantam inter capesinem esse posse inter vnum ex his furis leuibis, & aliud, vt bene vbi supra notat Nauar. & tam longo tempore posse perueniri ad summam aliquam valoris, vt, esto lethali peccaret, qui illam simul, aut breuiori tempore, esse furus, non tamen peccaret lethali, neque teneretur illam sub culpa lethali restituere, qui tam longo tempore, & per tota intervalla, aut per quantitates adeo paruas, eandem quantitatem valoris vsurpasset. Ratio autem est, quoniam non solent homines adeo esse inuiti, quod longo tempore, & per minima, ita res de bonis ipsorum accipiantur, ac si simul acciperentur, aut breuiori alio tempore. Vt non solet herus ita esse inuitus, vt famulus, qui ipsi inderit, accipiat de bonis ipsius per minima intra decem annos valorem sex, aut octo, regalium argenteorum, vel etiam ducati, ac si eam quantitatem simul acciperet, aut intra breue tempus, neque solet ita obligare ad restitutionem. Quo fit, vt quantitas, quae ad culpam lethalem sufficit, si simul accipiat, aut intra breue tempus, non sufficiat, si succellu temporis accipiat. Praefertim in furis domesticis famulorum, attento quod heri non solent esse adeo inuiti, quod a domesticis, quam quod ab externis, fiant: & quod heri ipsi intelligunt, difficile transigi hanc fragilem vitam, quin famuli interdum modicum aliquid accipiant: quare longē maior valoris summa de cursu longi temporis accepta requiritur, vt famuli dampnandi sint culpa lethalis, atque vt eadem culpa cogendi sint illam restituere, quam requiritur in alijs, aut si ipsi simul, aut breuiori tempore, illam acciperent.

Attendendum item est, ad eam summam taxandam, ad qualitatem & diuicias dominorum, & ad tenacitatem ac liberalitatem eorum, & ad qualitatem rerum, quae furto ablatae sunt, & num ad cibum & potum attineant, vel non, atque ad reliquas circun-

stantias concurrentes. Ac sane, nisi summa esset magna, arretra dominorum qualitate, & furta essent frequentia, iniungenda non esset restitutio, nisi heri essent miseri. Quoniam quamuis aliquo videntur tenaces pecuniae, ac vellent, quod ea furta non fierent, praesumendum est, non velle obligare ad eorum restitutionem, postquam eo modo sunt facta, eo magis, quo ditiores sunt, & splendidiorem habent familiam, ac generosiores animo sunt. Et quod ad sobriam sustentationem aliquid a famulis sumeretur, etiam ad vestitum, qualem eis heri praebere tenentur, non solum non esset obligatio restituendi, quod ita sumeretur, sed neque esset peccatum illud clam accipere, quando, si peteretur, denegaretur, aut non sine iurgo, & verecundia petentis, esset obtinendum, iuxta ea quae disp. 106. dicta sunt. Tamen si confessorij, antequam haec fiant, irgere debeant, vt non fiant, nisi petendo illa a dominis: nisi forte, qui confitentur, certi essent, dominos, si sciret, non fore inuitos, vt interdum certus se esse affirmat aut nisi id fureretur iuxta ea quae disp. 106. citata dicta sunt.

Dubium est, dato, verbi gratia, quod, qui furus est tres regales argenteos, siue simul, siue successiue, teneatur restituere sub lethali, & quamcumque minorem summam furto ablatam, non teneatur restituere sub lethali culpa, sed solum sub veniali, vtramque furto retinet quantitatem trium regalium, excusetur ad culpam lethalem restituendi reliquum in posterum, si restituat octo, quatuor, aut duos, maravedinos, reliquumque sibi retineat. Ioan. Med. q. 10. citata. §. penult. inuere videtur, non excusari, sed sub lethali culpa teneri restituere reliquum. Mihi vero longē probabilius videtur contrarium. Non enim video, cur retentio summae, quae, si de nouo acciperetur, non induceret obligationem restituendi sub culpa lethali, cum inducat, si retineatur ex alia maiori summa. Confirmari autem potest, quoniam si is, qui debet centum aureos, retineat sibi infra tres regales argenteos, non peccat lethali, si ea hypothese inuito huius diuiti proposita: eo quod summa ita sibi iniuste seruata non pertingat ad eam, quae requiritur ad culpam lethalem: ergo neque si eandem summam retineat ex tribus regalibus argenteis, peccabit lethali. Confirmatur rursus, quoniam ridiculum esset dicere, eum, qui ex tribus regalibus argenteis sibi retineret duos maravedinos, peccare lethali, neque eius rei alia est ratio, nisi quia summa illa adeo parua non sufficiat ad culpam lethalem: cum ergo neque summa alia maior infra tres regales argenteos sufficiat ad culpam lethalem, vt supponimus; consequens profecto est, vt neque, si illa retineatur, obligatio sit eam restituendi sub culpa lethali. Ad id vero, vnde Med. ducitur, vt eam sibi persudat opinione, nempe quod si sibi retinet tres regales argenteos, teneatur sub culpa lethali eos restituere, dicendum est. In eo sensu teneri eos restituere sub culpa lethali, quod in regressos eos, & singulas eorum partes, teneatur restituere, & quia diu ex integro retinet, cum animo nihil restituendi, peccat lethali, propter notabile detrimentum, quod iniuste in seipso proximo suo retentione: non vero quasi, si restituat partem, & retineat reliquum, non cesset a lethali culpa, quatenus cessat ab inferendo notabile damnum proximo, eo ipso, quod partem eius integri damnum non inuenit inferri.

Quando ob notabilem quantitatem, quam quis, per minima a singulis, furetur ad diuersi; aut diuersi, per minima singuli, furetur ab eodem; culpa interueniat lethalis.

SYMMARIVM.

1. Furtum, per minima a diuersis, maiorem summam requirit, vt peringat ad culpam lethalem, quam si fieret ab eodem, & maiorem, si de cursu temporis, & cum animo ad diuersi, quam si fieret breuiori tempore, & cum animo ea via ditandi.
2. Furtum notabile, per minima a diuersis, si factum sit vni & eodem, quando singuli sub lethali culpa restituere teneantur, vel totum, vel unumquodque suum minimum, quando non item. Atque si excommuniatio lata sit non restituentibus id furtum ac damnatum, quando singuli ea innotuerunt.

Quod ad primum attinet, dicendum est: In primis maiorem requiri quantitatem ad culpam lethalem, & ad obligationem restituendi sub culpa lethali, quando aliquis furatur a multis, a nullo tamen aliquo notabile, quam quando furatur ab vno solo. Ratio est, quoniam, cum nulli eorum multorum damnū inferat notabile, omnes sunt minus iniuri, quam effectus, cui totum id damnū inferret. Quo fit, vt, ceteris paribus, dupla, aut plus quam dupla, quantitas requiritur ad lethalem culpam in eiusmodi furis multis, factis per minima ex singulis, quam in furto facto in bonis vnus & eiusdem.

Dicendum deinde est. Minorem quantitatem sufficere ad culpam lethalem, quando aliquis simul furatur a multis, aut intra breue tempus, atque animo augendi opes de bonis aliorum, quam quando longi temporis decursu furatur a multis, non animo congregandi bona ex facultatibus aliorum. Vt, verbi gratia, si aliquis de cumulo communi multorum furetur quantitatem aliquam, quae sit quidem in se notabilis, ceterum quae nulli dominorum talis accitit notabile damnū, inferat, vel si quis, intendens congregare sibi quantitatem notabilem de bonis aliorum, nulli eorum notabile damnū inferendo, discurrat per vineas, aut segetes, aliorum, & ab vnoquoque modicum quid accipiat, atque ita congreget quantitatem notabilem; vel si quis, vendendo vinum, aut aliquid aliud, miscet aquam, aut defraudet modicum quid de mensura, aut pondere, ita vt nulli euentum inferat notabile damnū, multos tamen ementes, simul sumptos, defraudet quantitate notabili: vel si quis de pecunijs aureis, vel argenteis, modicum quid praecindat, quod nulli accipientium eas pecunias, notabile damnū inferat, omnibus tamen magnum inferat damnū; vti quae in his omnibus euentibus, minor quantitas sufficit ad lethalem culpam, atque ad restituendam obligationem sub culpa lethali, quam in eo, qui longo tempore a diuersis modicum quid accipit, non eo animo, sed fragilitate quadam, nunc ex vna vinea, ramosos alios colligendo ad manducandum, nunc ex alia, aut fructus alios simili modo furando, aut rem aliam modici valoris, ita quod longo tempore similibus furis accipiat notabilem quantitatem. Ratio autem est, quoniam domini plus offenduntur, magisque sunt iniuri, illis prioribus modis furandi, quam his posterioribus, plusque volunt, vt illi priores restituant.

Tom. III. Pars Posterior.

A qua vt restituant hi posteriores: quod autem dominus minus sint iniuri, minusque velint restitutionem, in causa est, vt longē maior quantitas requiratur ad culpam lethalem, vt hac & praecedente dispensatione est dictum. Adde, eum, qui ita temporis decursu furatur per modica notabilem quantitatem sine animo augendi sua bona, sed occasione data, non habere animū furandi magnam quantitatem, sed quali per accidens, ac praeter intentionem, ad eam quantitatem deuenire: qui vero simul accipit quantitatem notabilem ex aceruo multorum, aut paulatim animo augendi sua bona, aut comparandi vnde viuat, & suppleat quotidianam necessitatem, intendere deuenire ad eam totam quantitatem notabilem: qui animus multum auget culpam.

Iuxta haec tenenda, non facile condemnare culpam lethalem eum, qui absque animo congregandi bona, & perueniendi ad notabilem quantitatem, per minima, intra longum tempus furatus esset a diuersis valorem sex, aut octo, regalium argenteorum. Et quia uis semper penitentes, qui eiusmodi furta ita committunt, confitentur, praecipienda sunt restituere, vel pro prijs dominis, vel pauperibus pro animabus eorum, quorum sunt ea bona, si commodum non possit fieri dominis rei adeo modica restitutio: nisi, qui ea furta commiserunt, adeo pauperes sint, vt praesumentium sit dominos non velle, vt teneantur tam modicum quantitatem singulis restituere, sed potius, vt ipsis a confessorio condonentur in elemosynam pro animabus eorum dominorum: non tamē sum eis opinio, vt ac si posteriora essent peccata lethalia in virtute priorum ob notabilem quantitatem, quae ex omnibus simul sumptis resultat, arbitror interrogandum esse in confessionibus numerum eorum furorum: neque eiusmodi confidentes inducere in conscientiam peccati lethalis, si non restituerint quantitatem totam. Haec de primo eorum, quae proposita sunt.

Quod vero ad secundum attinet, distinguendum est. Quoniam, si illi simul conueniant ad damnū notabile proximo tantam causam, ita quod se iniuriam inuicem, aut animo se iniuriam defendendi, accedunt simul ad id damnū inferendum, tunc vnusquisque eorum lethali peccat, teneaturque sub culpa lethali restituere totum damnū, in euentu, quod alij conturbare non velint, aut non possint, ad partes damni illius, quas ipsi dederunt; si tamē loco illorum restituat, singuli teneantur: si tamē loco ipsorum loco restituat. Ratio huius asseri est, quoniam vnusquisque eorum, esto modicum quid accipiat, causa est damni totius ab omnibus dati, totalis quidem utilitate effectus, sed partialis partialitate causa, vt inferius, dum de restitutione sermo fuerit, futius explanabitur. Si vero simul concurrerint, nullas tamen fore causa damni aliorum, sed si duntaxat, esto forte fuerit occasio, quia primus cepit furari, & alij, moti eius exemplo, illum sequuti sunt, tunc dicendum est. Si damnum ab omnibus datum sit notabile, & vnusquisque sciat de damnō dato, aut inferendo, ab alijs, omnes peccare lethali, teneantur sub culpa lethali eorum vnusquemque restituere eam solam partem damni, quae dedit: eaque de causa, si feratur excommunicatio, qua restitui praecipitur id damnū, neque addatur, vt soli illi eam incurant, qui tantum, vel tantum sunt furati, neque singulis partes restituunt, vti quae omnes, qui non restituerint, ea excommunicatione ligantur, quoniam licet ea excommunicatione non incurantur, nisi ab ijs, qui in culpa fuerint lethali non restituendo; omnes tamen sub reatu lethali tenentur in eo euentu restituere partes, quas iuxta sunt. Ratio vero huius asseri haec est: Quoniam licet damnū, a singulis datum, non sit notabile,

C 3 dam-

damnum tamen ab omnibus datum est notabile; ea- que de causa vnusquisque ipsorum, simul cum alijs, concausat damnum proximi notabile, ac proinde, nisi ignoratia probabilis excuset, qua vnusquisque eoru negligat alios, vna cum ipso, esse concausatus talis damni notabilis, lethali ter peccant: eo quod concausare damnum proximi notabile culpa fit lethalis. Eadē ratione quando, alicui constat, post damnum notabile iniuste datum, ipsum, vna cum alijs, illud dedisse, tenentur singuli sub culpa lethali illud ei rescire, ar- que adeo tenentur ille sub lethali culpa restituere par- tem damni, quam ipse dedit; interim dum non est verum dicere, proximum illum iam non esse in dam- no notabili.

Nonnulla tamē admonuerim. Primum est; Ma- ius damnum requirit ad lethalem culpā multorum, quorum quilibet accepit modicum quid, neque fuit causa damni aliorum, quam requiritur ad lethalem culpam vnus solum, qui dedisset totam latitudinem damni. Ratio autem est, quoniam longē minor culpa vnus cuiusque est, causam esse iniustitiam damni notabilis proximi, vna cum alijs, modicum quid accipiendo de bonis illius, quam sit vnus eorum, clare iniuste id totum damnum, & que de causa lōgē ma- ior quantitas damni requiritur, vt accipere modicū quid impetur alicui ad culpam lethalem, quando alij dant similiter damnum, quam quando aliquis so- lus dat totum damnum.

Secundum est, non videri culpā lethale, quando, post datum totum notabile aliquod damnum, vt post transitum exercitus per vineam alicuius, aliquis ra- cemum de eadem vinea acciperet. Quoniam per eā accceptionem non concausat notabile damnum, sed inuenit illud iam datum, & ipse modicum damnum dat. Teneatur tamen id restituere sub culpa lethali, quemadmodum teneatur, qui ad principio modicū damnum dedissent, nescientes alios postea augmen- tatos notabiliter damnum, esto id tunc accipien- do, non peccauerint lethali ter.

Tertium est. Quando modica aut nulla est spes re- liquos restitueros, non videri culpam lethale, eius, qui modicum quid accepisset, siue a principio, siue dum simul damnum notabile dabatur, siue post il- lud datum, id non restituere. Ratio autem est, quoniam id tunc insufficientis est ad erudendum proximi etiam partialiter ad damno notabili, & per se solum non est tanta quantitas, que inducat obligationem restituendi sub culpa lethali, nihil impediens, quod is de cuius bonis iniuste est ablatum, sit aliorum culpa in damno notabili. Quando autem spes aliqua est, quod multi ex alijs restituerent, tunc vnusquisque est cogendus sub lethali culpa modicum id restituere, neque aliter esset absolendus. Rarō tamē in praxi occurrit casus, in quo modicum iniuste ac- ceptum sub lethali culpa fit restituendum: quia rarō spes erit, quod alij modicas partes, quas acceperunt, restituent.

Quartum denique est. Moraliter hec omnia esse intelligenda, ne in baratarum scrupulorum incidant confessarij & penitentes. Neque in alio euentu esse iniiciendum scrupulum lethalis culpæ modicum quid accipientibus, aut cogendos esse illud restituere sub reatu culpæ lethalis, nisi quando constat alios dedisse simul damnum notabile, nihil impediens, quod probabile sit multis, de quorum bonis modicum quid accipitur, decurru longi temporis, simul, aut successiue, datum ab alijs esse notabile damnum. Longē quippe antea datum esse ab alijs damnum no- tabile non efficit culpam lethalem in me, quod cir- ca aliquam rem damnum leue illidem, neque indu- cit obligationem restituendi sub culpa lethali.

DISPVT. 690.

Vtrum in occulta acceptione rei propria, quam alius habet, cernatur furtum.

S Y M M A R I V M.

- 1. Furtū non committit, qui re suam clam ab eo accipit, qui illam iniuste retinebat. Peccat tamen, nisi occur- rant conditiones requisitæ ad licitam compensatio- nem, & que curare teneatur.
- 2. Furtum, saltem aliquo modo, committit, qui re suam clam ab eo accipit, qui in se illam retinebat, tenetur que illi restituere ad valorem vsus, quo eum iniuste pri- uauit, & damna subsequens, etiam lucris cessantibus, & impeditur ne alia sequantur, atque hec omnia ex iniustitia. Et quando ad id furti concedatur, quando non item.

**Q**uod propositum est, erit consequenter disputandum. Rem, cuius dominium est apud alterum, potest aliquis apud se ha- bere vno de duobus modis. Primo, titulo iusto, vt si illam accepit commodatam, conductam, in depositum, in pignus, aut titulo alio iusto. Secun- do, iniuste, vt si illam furatus est, aut vfurarius ac- cepit, vel finito tempore, pro quo erat commodata, cō- ducta, aut titulo alio iusto detenta, non vult eam red- dere, vel alia ratione iniuste eam retinet.

Hoc ita constituit. Prima conclusio est. Quando aliquis rem suam clam accipit ab eo, qui illam iniuste detinebat, non committit furtum. Et quamuis aliquando possit id licite fieri, si concurrant ea, quæ ad compensationem licitam dispositione sequenti explicabimus, quando tamen illa non concurrunt, peccatum est ius sibi dicere, propria autoritate illam accipiendo. Præterea, qui rem clam eo modo accipit, curare tenetur, ne ab eo, qui rem detinebat, neq; ab heredibus illius, iterum restituar. Item curare te- netur erare illum de conscientia, quæ credit, se adhuc teneri eam restituere; ne in peccato perseveret. In hac conclusione conueniunt doctores communiter, Ioan. Med. de restit. quaest. 11. Sotus. 5. de iust. ques- tio. 3. artic. 1. ad 3. Syluest. verb. furtum. quaest. 12. Gab. in 4. distin. 1. §. quaestio. 3. artic. tertio, dub. 3. & alij, patebitque magis ex dicendis circa compensa- tionem dispositione sequenti. Prima verò pars huius conclusionis colligitur aperte ex leg. si quis rem 1. ff. de furtis. D. Thom. secunda secunda, & quaestio. 66. artic. 3. ad 3. licet in re circa eandem primam pat- tem conclusionis consentire videatur, obteuē tam- men loqui tur, & Caiet. ibidem laborat in eo expli- cando ac defendendo.

Secunda conclusio. Quando aliquis rem suam clam accipit ab eo, qui iusto titulo eam detinebat, neque adhuc tenebatur eam reddere, committit fur- tum aliquo modo, quatenus scilicet iniuste priuat legitimum detentorem iure, quod ad illum reuēden- dam habebat, teneturque restituere ei commodita- tem, quam iure poterat ea percipere. Ve si erat commodata vsque ad certum tempus, aut locata, te- netur restituere ei vltim rei illius, quo iniuste eā pri- uauit, aut valorem illius, si vltim restitui non possit. Insuper tenetur ei restituere totum lucrum ex eo ei cessans, aut damnum ex eo ei emergens, quod iniuste eam rem accepit. Præterea tenetur curare, ne is detentor, aut hæres illius, iterum illam restituens, arbitantes perijisse, aut disparuisse, culpa detentoris. In hac conueniunt D. Tho. & Med. locis cita- tis, & Doctores communiter. Neque in ea potest esse dubium, tum in conscientia, tum etiam in ex- teriori

Prima conclusio.

Secunda conclusio.

teriori foro, quoad ea, ad que eum teneri, sunt com- memorata: eo quod ea iniusta talis rei acceptione, causa fuerit iniustia eorum omnium damnorum ei, qui iniuste illam retinebat: atque in exteriori foro, sal- tem actione ex eo titulo iusto, ex quo iniuste illam de- tinebat, vt actione commodati, vel locati, aut alia sim- ili, iniustus talis rei ante tempus occupator cogetur ad ea omnia, quæ commemorata sunt. Dubium verò est, vtrum in exteriori foro aduersus dominū rei, ita iniuste clam eam occupantis, competat a Cio furti ad panam pro furto statutam. Et quidem, quando detentor iustam causam habebat rem retinendi, vt quia in pignus adhuc perseuerabat ei obli- gata, aut quia in re commodata fecerat commodatarius expensas, quas commodans tenebatur soluere, & ratione quarum, interim dum non soluēbatur, tanquam pignus poterat eam retinere, aut si detentor vfum fructum in ea re adhuc habebat, & idem credo, si illam habebat conductam, necdum que fi- nitus erat contractus, quandoquidem ex mercede conductionis competeat oneroso contractu iusta detentio, sanē in his omnibus, & similibus euentibus, cōceditur actio furti aduersus dominum rei ita iniuste eam clam occupantem, vt expressē habetur l. creditoris. §. vlt. in actione §. qui rem, & l. si quis rem. 1. ff. de furtis. Quando autem contractus com- modati lucrativo commodatarius rem iniuste detine- bat, & ante finitum contractum commodans rem clam vfurpauit, non videtur iura concedere com- modatario aduersus commodantem actionem fur- ti, sed solum actionem ex commodato contrarium (ei scilicet actioni, que commodanti competit ad- uersus commodatarium, que in iure appellatur a- ctio directa ex commodato) ad ea omnia, quæ com- memorata sunt, vt satis innegre videtur. l. creditoris. §. vlt. iuncta glo. ibi. verb. placuisse, & l. si quis rem. 1. ff. de iuris.

Discrimē verò est inter acceptionem proprie rei in euentu huius, & in euentu precedentis conclusio- nis. Quod, cū in euentu iustus concisionis ea ac- ceptio fit contra iustitiam, tenetur accipiens ex iustitia ad dāna omnia ex tali acceptione subsequuta. Ad ea verò, ad que diximus in prima conclusione teneri, qui rem suam clam accipit, solum tenetur ex carita- te, quoad comōde id efficere poterit; eo quod ac- ceptio non fuerit contra iustitiam; atque inde est, quod quicquid sequatur, non tenetur id rescire, nisi a- liiquid proximi inde ad ipsum peruenit.

DISPVT. 691.

Vtrum absque furto licitumque aliquan- do sit, propria autoritate compensare occulte, quod alius debet, tantundem de bonis illius accipiendū.

S Y M M A R I V M.

- 1. Compensatio in foro conscientie, quibus conditionibus interuenientibus sit licita.
- 2. Legitimum sit in foro conscientie sic facta compensatio, & propter illam, qui legitime eam fecit, condemnatur in foro exteriori, non tenetur stare sententia, si sine scādalo possit, que in sola presumptione fundatur.
- 3. Compensatio legitime in foro conscientie, dominium comparat verum, quas in compensationem accipit.
- 4. Compensatio quomodoque licita, aut illicita, famulis, & alijs, qui res aliorum agunt. Quam panam incurrant factores, & alij, qui a mercatoribus aliquid accipiunt, & mercatores, qui id eis dant, vt emptores ab ipsis potius, quam ab alijs emant.

**D**isputatio hæc cum precedente est con- iuncta. In quibus autem rebus, & quan- do, locum habeat compensatio in foro exteriori, & in quibus rebus, & quando, locum non habeat, Disputa. 297. & 160. dictum est. Nunc verò de compensatione in conscientia esse occultam compensationem autoritate propria, atq; adeo furtum in ea minimē interuenire, modo tamē sequentes conditiones interueniant.

Prima, vt debitum, quod quis ita compensat, sit liquidum ac certum omnino. In dubio enim, etiam probabiliter, an aliquid alicui debeatur, nefas est ei, oc- cultam accipere compensationem. Quod si aliquid in compensationem talis debiti accipiat, contra iustitiam peccat, atque ad restitutionem illius tenetur, & damnorū, quæ inde ei fuerint subsequuta, a quo fuerit acceptum. Ratio verò est, quoniam in dubio melior est conditio possidentis: eaque de causa, sicut, qui id possidet, non tenetur dare, nec totū, nec par- tem eius, quod ita possidet sic contra iustitiam pec- cat, qui id clam ab eo inuito accipit. Cū hæc prima conditio id etiam esse constituit, vt non plus accipiat, quam sit liquidum debitum.

Secunda, vt, qui id vult ita compensare, non speret, petendo à debitore, aut iudicis autoritate, quod si iudex debitor, posse id comōde recuperare: vt, si desint ei probationes, aut debitor sit potens, quæ iudicis solēt timere, periculumque sit quod ea, aut alia ratione, iudex flexetur, aut ex ignorantia iniustam ferret sententiam, vel si necessarij sint magni sumptus, aut labores, aut molestia; ad ea rem via iudicis obtri- nendam, aut timent periculum alicuius damni ac iac- tura honoris, amissionis amicitia cū debitore, vel alterius similis: modo tri hæc alicuius sint momenti, habita ratione rei, de qua agitur. Ac fanē, quando ad sunt ceteræ conditiones requisitæ, facile nec in- teruenire poterit, nisi debitor cordatus sit ac bonæ conscientia, qui facile, sine lite, debitum soluet, si ad- monetur, sufficiensque sint probationes. Illud ve- rō admonerem, qui, quod debitum esse liquidum, com- modeque possit illud via iudicis obtinere, faceret oc- cultam compensationem, quamuis peccaret, & in- terdum lethali ter, ius sibi dicendo, propria ve auto- ritate rem sibi debitam vsurpando, contra id, quod, l. vnica. C. ne quis in sua causa, sancitum est, nihil o- minus, quia res erat sibi debita, neque ita occulte eam vsurpando, peccauit contra iustitiam, sed solū trans- gressus est ordinem à iure statutum, vtique ad nullā teneretur illius restitutionem, sed solum tenetur subire panam, si quam iudex postea ea de causa ei imposuerit, detecta iam acceptione propria autori- tate, & lata à iudice ea de re sententia.

Tertia, vt ex tali compensatione non sequatur scan- dalum aliorum, aut detrimentū alterius, cui imputa- ri possit, eum furto id accepisse, aut aliud simile, ne- que item sequatur periculum infamiae propriae, aut damni ipsius corporalis, quatenus, si constet postea ipsum id accepisse dño inuito, praesumeretur in ex- teriori foro, fuisse id furatum, interueniturque vt iur. Ad hanc tamen conditionem seruandum, solum tenetur lege caritatis propriae, ac proximorum, non verò iustitiae lege. Gab. in 4. d. 15. q. 3. art. 3. quem sequitur Nauar. in Manu. c. 17. nu. 113. ait, quando ex tali compensatione sequeretur damnum spirituale, aut corporale, alterius, teneri ita cohi pensantem ad restitutionem illius. Ceterum, si solum sequeretur per accidens, quia videlicet per accidens est quod praesumatur alium id furto abutitulum, aut alia simili ratione, non video efficientem ita compensationem, peccare contra iustitiam, sed solum contra caritatem, & ob id non credo teneri eam ad restitutionem.

Quarta,